

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

cum mortuis familiari colloquio uti uideretur in eorum monumentis attentius euoluendis. Tu autem mihi **Nicholae** (ut interim ad te se nostra conuertat oratio) fidissimus **Mecenas** mihi fuisti: qui cum ipse humili loco natus animo coniterer & labore contenderer ut ad maiora peruenirem neque tamen suppeterent ad id molendum facultates. suscepisti meam primam aetatem quae propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignorantia uersabatur. cuius adeo angusta res erat ut non facile potuisset emergere suis solius subnixis uiribus. Nam ut **Satyrus** ait. non facile emergunt quorum uirtutibus obstat res angusta domi. Tanto tamen illi fuisti adiumentum ut non fuerit quicquam praeterea requirendum. **effecisti enim una cum aliis quibusdam optimatibus ut eo praecceptore nobis uti liceret qui quam humanitatis artem uocant optime calleret: ad quam eruditionem cum maxime foret libris opus nullo pacto tuis pecuniis parcendum ratus ea in re te liberalissimum praebuisti.** quippe a quo omnia adeo cumulate mihi fuerint suppeditata ut nisi in ea doctrina aliquantum profecissem non iniuria mihi ipse solus defuisse uideri potuissem. Cuius quidem praecceptoris copiam cum amississem nauasti iterum diligentem operam: ne tunc quasi in limine ipso pedem sisteremus: sed potius in penitissimas usque aedes alacri animo ingrederemur. Tuis itaque auspiciis parissimos petiuimus: atque (si tuo dicto fuisset audientes) ipsas etiam Alpes celeri gradu transcendissemus. Quibus animaduersis non possumus non esse maxime tuis beneficiis obnoxii. quibus tantopere lique nos ipsos cumulate fuisse affectos. propterea si contingeret ut tibi in aliquo morem gerere possemus: nihil nobis foret antiquius quam ut apud te quam gratissimi esse cognosceremur. Quo circa si quid sit quod nostra opera tibi efficere possit admoneto tantum non rogato. ipse enim admonitus tuae uoluntati equis uelisque (ut aiunt) studebo morigerari.

Vale.

Quido Iuuenalis Michaeli Burello sacrosanctae theologiae professori perquam erudito. S.P.D.

Vemadmodum **Hesiodus** ille poeta moratissimus **Isis** mandatum reliquit uirtutem esse comparandam per quosdam gradus: in quibus primis asperitatem inesse testatur. at in extremis non facilem dictu suauitatem. In hisce carminibus. Virtutem posuere dei sudore paradam. Arduus est ad eam longusque parua callis. Asper & est primum sed ubi alta cacumina tanges. Fit facilis quae dura prius fuit inelyta uirtus. Qui sententiae plurimum consonat **Maronis** nostri dictum de pythagorea littera in hunc modum. Littera pythagorae discrimine secta bicorni. Humanae uitae speciem praeferre uidetur. Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem. Difficilemque aditum primum spectantibus offert. sed requiem praebet fessis in uertice summo. ad quem uerticem unusquisque neruis omnibus spectare debet quo possit honestam deducere uitam & ad caelestem hierusalem recta peruenire. sic mihi quoque de scientia idem posse dici uidetur quae difficiles aditus sui offerre solet. at ubi ad eius cacumen peruertum sit facile plurimum ac suauae redditur quod acerbitatis non parum prius habuisset. Cuius quidem limen cum pene eodem tempore ego atque tu fuisset ingressi diuina una in itinere cepto perrexisset. ipse longe uelocior quam ego ante uerticem me laxatisque habenis longo praecuecurristi iteruallo. idque usque eo ut uerticem summum attingeris: me ipso dumtaxat paulo ultra radices progresso. Quod non est magno mirandum opere quippe qui ingenii acie polleas & ad largiendum suppetant copia. at mihi non ita posse dicere concessum est: qui neque tantam ingenii praestantiam consequi possumus: neque habeam omnia mihi suppeditata quae uictus cultusque quotidianus postulant. non ea tamen pressis penuria caelesti numine sumus. quae studia ipsa litterarum missa facere cogamur quin immo in erudiendis iuuenibus studium curaque contulimus necessitate consulentes qua complures adducti ab inceptis super sedere conspiciuntur. quibus tamen si faueretur maiora spectandi animus non deesset. Vires quidem consulendae sunt & audendum aliquando est neque ita cadendum animis ut abiectione quadam a labores uideamur refugere & ab illis declinare. Nam ut ait **Cicero**. simul ac iuuenes esse ceperunt magna spectare & ad eas rectis studiis debent contendere: quod eo firmiore animo faciet. quia non modo non inuidetur illi aetati sed etiam fauetur. Quod si iuuenis pietatem accuratius colat deumque feruenti charitate complectatur: agat liberrime & operetur. quando quidem res eius operationes adeo indies magis magisque secundabuntur. facileque deprehendet ut de uirtute in uirtutem ambulauerit sic suas bene beateque uiuendi facultates in dies maiores sumpsisse incrementum cuius rei testes sunt locupletissimi qui ea in re periculum se fecisse gaudet. sed ut eo unde digressa est se nostra referat oratio charissime **Michael** non possum non te uehementer amare tuisque optimis uoluntatibus non inseruire qui ferere usque a puero te mihi familiarem praebuisti. neque quantacumque accessiones tibi factae sint & fortunae & indignitatis: maiestate ulla in me uti uoluisti illius **Quidiam** dicti non immemor. Non bene conueniunt nec in una sede morantur maiestas & amor. posita enim omni grauitate: qua citra omnem reprehensionem uti posses tanta praesertim dignitate: mecum familiariter agere non dubitas. quidem usque eo ut saepe tuae dignitatis oblitus idem tamen in sermone nimium familiarem incidam. qui ueniret reprehendendus nisi omnia excusaret amicitia non longe a teneris: ut graeci dicunt: unguiculis instituta & crescentibus annis accuratissime conseruata & aucta. quae quidem: ut facile percipio: nulla ex parte est acceptura detrimentum. praesertim cum facta accessione tanta & fortunae & dignitatis a te adeo diligenter colatur alatur & frequentibus officiis roboretur. siquidem ipse ornandi mei rationes inire quotidie paras: animusque mihi ita expeditum propensumque praestas ut uidearis toto molimine de meis ornamentis cogitare & commodis: meaeque utilitates nullis prope tuorum amicorum commodis post habere. Quam quidem beniuolentiam summo opere cupio nulla ratione iri detritum: quin potius siquid illi accedere possit accedat quae so: & indies maius incrementum suscipiat. Quod si fuerit factitatum quantum mihi per facultatem licebit usque adeo illi a nobis iri responsum studebitur. ut nulla nostri pars officii requirenda censeatur.

Vale.